

Temptores occupatorum huiusmodi ad vestram presenciam  
 evocantes, si inveneritis eos de huiusmodi occupatis aliqua  
 iura legitima vel privilegia habere, citetis ipsos ex parte  
 nostra, ut incontinenti cum iuribus<sup>ibus</sup> eorum coram predictis  
 magistris rationalibus debeant comparere ad docendum de  
 iuribus eorumdem. et si infra duas menses non detule-  
 rint vobis de representatione privilegiorum et iurum eorum  
 nostras litteras responsales, vel si forte nulla iura coram vobis  
 legitima ostenderint vel habere se dixerint, statim omnia occu-  
 pata cum fructibus medio tempore inde perceptis, qui percipi  
 potuerunt, ad manus curie revocetis, per vos ad opus eius-  
 dem curie procuranda; processum vestrum totum, quem in  
 hiis habueritis, nobis et predictis magistris rationalibus se-  
 riatim et distincte vestris litteris rescripturi.

[11.] volumus insuper et mandamus, ut, sicut per  
 regiam curiam existit ordinatum, si aliqua mandata regia  
 vel nostra vobis contigerit destinari, que contineant recollectionem  
 pecunie vel assignacionem per vos recipiente vel exhibente,  
 necnon capcionem vel assignacionem seu restitutionem castro-  
 rum, terrarum aliarumque possessionum, dictatum, annua-  
 rum quorumlibet etiam bonorum mobilium curie, quibus<sup>96</sup> tali  
 faciendis, and quascunque alias res fiscales et responsales  
 etiam regias and nostras super eisdem et super consultacio-  
 nibus vestris in posterum faciendis, si clausa fuerint, ad  
 executionem ipsorum nullatenus procedatis, nisi penden-  
 bus sigillis dei domini regis et nostris fuerint sigillata.  
 Rogamus, si secus feceritis, processus vestri, quos in ipsorum  
 mandatorum clausorum executione habueritis, in vestro